



**Chronologiæ Veteris Testamenti Accvratvm Examen  
Augustiſimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ  
Dicatvm**

**Philippi, Henricus**

**Coloniae Agrippinae, 1637**

7. Vtrum Berossus de Chaldæorum regibus vera tradiderit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](#)

VL  
Mengib  
s. Pem  
Croc  
oleph  
d' alber  
Baben  
in Babyl  
hiflum  
en que  
nis affec  
tione le  
deduc  
erodach  
domon  
, vngu  
in ann  
metoda  
ent Eun  
am cunct  
e ampu  
ne omnia  
ed her  
otes effe  
t, Eun  
neoken &  
Jillan & L  
om, pola  
schobod  
intere  
r pollic  
ur, abo  
hillepo  
que illa  
de idone  
an

tanquam mendacia, rei jci si salua diuinorum eloquiorum maiestate & certitudine possunt admitti; qua de re quæstionem sequentem pono.

## Q V A E S T I O . VII.

*An vera Berosus de Chaldaeorum regibus tradiderit.*

**Q**uænam tradiderit initio quæstionis præcedens retali: quibus obijciatur **Berosus 4.** Euilmerodach idem videtur esse, cum Baltassare, cuius hic meminim Daniel. Ergo Beerosus fidem non meretur. Ante cedens probant aliqui **1.** quia Daniel narratis ijs, quæ ad Nabuchodonosorem spectabant, mox quæ à Baltassare gesta sunt, adnecdit **2.** quia hic idem Propheta Baltassaris patrem, semper Nabuchodonosorem vocat. **3.** Ieremias 50. v. 2. Baltassar vocatur Merodach, qui videtur idem esse cum Euilmerodach. **4.** quia Baruch 1. vers. 11. Orac, inquit, pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis, & pro ria Baltassar filij eius.

2. Ego verò nescio cuinatu videri possit esse verum, quod assumit hæc argumentatio, (præsertim si Baltassar regum Chaldaeorum seriem clausit, vt sensunt, qui hæc suadere conantur) reclamantibus vñanimi consensu, auditoribus penè infinitis, vt ex præced. q. colligere licet. Nec quicquam permouet ratio **1.** liquidum Daniel, neque omnia recenser, quæ reges Chaldaeorum gesserunt, rectemporis ordinem vbiique seruat. Sic mirum non est, quod Euilmerodach silentio prætereat, & prius cap. 5. ea pertractet, quæ sub interitum Baltassaris contigerunt, quam oracula quæ ante sub eodem rege diuinitus accepta. cap. 7. & 8. Nabuchodonosor hoc s. cap. sepius vocatur pater Baltassari more Hebreorum, qui omnes progenitores, sive avos sive proauos patres appellant, vt S. Hieronymus, Maldonatus, Sanctius & alij plerique huius capituli interpres monent: atque ita secundæ rationis petilio facile declinari potest. Terciam sola inficiatio resoluti: ibi nomine Merodach aut idolum aut **Ad 3.** in communirex Chaldaorum, aut demum ille quidem, quem hic Daniel Baltassarem vocat, non quod sit idem cum eo, qui 4. Reg. 25. Euilmerodach appellatur; sed quod ab antiquis Babylonianis regibus, patronymice Merodach nuncupatur. Quisnam autem fuerit ille Baltassar, quem nobis quartaratio propoñit, certè non constat. Communis conjectura est, eum aut binomium fusse, eundemque cum Euilmerodacho qui Iechonia laxavit carcerem, aut **Ad 4.** certè fratrem illius, qui morte præuentus Euilmerodacho paternum reliquerit imperium. Ita docent Maldonatus, Sa, Menochius & alij Baruch 1. quod ve- to Baltassarille cuius meminit Baruch, sit idem cum isto, de quo agitur Dan. 5.

*Quæst. Chron. P. 3.*

ha-

Oculi  
menti

haec tenus nemo probauit. Imò plerique oīines tam p̄fici, quam Nefertis verbis, inter Nabuchodonosorem & Cyrum, plures ad Chaldaeorum referunt, quam vnum ut dictum q. præcedent.

**Obiectio 2.** 3. Obijcitur 2. Qui nullo partium studio præuentus, antea cap. 5. maximè Græcè, & Chaldaicè, non viderit aliud indicuisse quod eodem tempore, quo regnum à Baltassare separatum, fuit Medos & Persas translatum sit, & Darius Medus ei succellem. Iij, qui à communī sententia deflectunt. Dariū istum, autem fari successisse; sed imperium adhuc 17. cīciter annos penes Chaldae, qui cum regem suum Baltassarem ē medio sustulissent, Dariū ne vnum elegerant retenta apud se Monarchia.

**Resp. foli-  
da.** 4. Ego verò in hac responsione non omnino acquiesco, obdile  
quarum prior ducitur ab auctoritate omnium ferci huius loci  
cuius sensum eum esse dicunt, vt indicet ipsam regni à Baltassare  
nihil aliud esse, quam principatus ad Medos & Persas translatus  
tempore factam. Altera ratio est, quod Daniel cap. 6. palam faciat Dan  
qui proximè Baltassarem fecutus est regnum administrasse legem  
Medorum ac Persarum: siquidem illi, qui Danieli stribuerant, inuidi  
hæc retulerunt v. 7. consilium inierunt omnes principes regni sui, magistrorum  
Xenatores & iudices ut decretum imperatorum extat &c. In Græco vocantur  
narij, siue Ordinatores, Duces, Consules, quos Persas & Medos habuerunt  
versiculus 8. Nunc itaque rex confirmata sententiam, & scribe decretum, prius  
quod statutum est, à Medis & Persis, siue vt haber Graciam statuētum  
pone scripturam, vt non mutetur decretum Persarum & Medorum. Rorat Daniel  
eulare volentibus responderet rex. Verus est sermo, iuxta decretum Medicorum  
farum, quod prævaricari non licet v. 12. Et infra cum Darius id Daniel  
tentiam cunctaretur: Seito, inquit, quia lex Medorum atque Persarum  
decretum, quod constituerit rex, non licet immutari v. 15, quem loquens  
explanans Theodoreetus ait: nō es Dominus, vt ea quæ leges invenire  
tere. Medorum enim & Persarum leges iubent, vt latæ leges à principiis  
seruentur. Ex quibus liquidò manifestum est, Dariū in regno admodum  
consilij legibusque Medorum ac Persarum usum fuisse, quod nō bene  
in Nabonidum Berosi, qui ad annum decimum septimum regnabat,  
quoniam enim pacto fieri potuit, vt tanto tempore Chaldae à Medis  
corumque legibus gubernaretur, antequam Cyrus eos imperio ipsius  
Cyro Monarchia non est ad Medos & Persas translatæ: et omnes con-  
facer autem textus indicat, regnante Dario Medo, Persas & Medos  
titos, siquidem horum legibus Babylonij vivere cogebantur. Itaque

Hieronymus & alij ferè omnes hīc monent Darium Medium Cyro in expugnione Babylonica p̄stō fuisse, cīquē regnum Chaldaeorum, indulgente Cyro traditum, vt illud tanquam armis Medorum & Persarum in Cyri potestatem redactū, Medorum ac Persarum legibus moderaretur: quia vt non solum inculcat S. Hieronymus in cap. 5. & 6. Danielis tunc vnum regnum erat sub Dario & Cyro Medorum atque Persarum, cui principatus Babylonius accreverat.

5. Objicitur 3. Recentiores fatentur se hac in controversia S. Hieronymum & Iosephum sequi: hi autem Berolum ducem & auctorem suā doctrinā habent: ergo si hic ab illis duobus discrepat, ei potius, quam istis adhærebimur: tanquam liquidiorē aquam ex ipso fonte hauriente. Respondeo in primis negandum non esse, quin aut Berolis, aut Iosephus cum S. Hieronymo, & infinita penè auctorum multitudine à scopo veritatis aberrent, quēm errorem Beroli tribuere malo, quam istis, qui etiam Scripturam ducem sequuntur, dum Chaldaeos sub Dario, non suis sed Persarum & Medorum legibus vixisse tradit. Iosephi quidem auctoritate hic in omnibus circumstantijs non inuitor, quippe cuius codices non ubique inter se contuenerant, nec legitimos annorum numeros representant: ei tamen assertior, dum afferit ultimum regnum Chaldaeorum fuisse Baltassarem, coque sublato viatis Chaldaeis Medos & Persas imperiale ac leges dedisse.

6. Enimvero & moderni & priſci Danielis & Isaiae interpres Berosi frag-  
menta viderent per Iolephi & Eusebij industriam huc usque conseruata: ea ta-  
men non omni ex parte admiserunt, eo quod intelligent, mox, Daniele cap.  
6. testante, post Baltassarem, regnum Babylonicum à Medis & Persis admi-  
nistram. Nec est, quod quisquam Beroso Theodoretum aut Sulpitium ad-  
iungat. Berodus enim, & ex eo Megasthenes atque Abydenus ultimum Chal-  
daeorum principem nulla consanguinitate cum penultimo coniunctum fuisse  
podant: Theodoretus autem Oratione 6. cum hac de re multis egisset, tandem  
concludit, Darium Medium materno genere Nabuchodonosoris nepotem fu-  
isse, sive vi paulo ante dixerat pronepotem. Sulpitius vero, hunc Darium putat  
futrem Eulmerodach. Itaque non video rationem, quā Berosi fragmenta pro-  
pagnari possint, cum omnibus particulis historiæ annexis.

7. Ne que vero alienum est ab Ethniciis Scriptoribus falsa quædam subinde Ethnici  
tebus ad Judaicam vel Christianam historiam spectantibus aspergere, vt fecit  
Iustinus, qui lib. 36. inter cetera ait: Iudeos Damascena ciuitate oriundos, pri-  
mum eorum regem fuisse Damascum, secundum Azelum, tum Adorem, Abra-  
ham, Israhel, Moysen filium Iosephi, ducem exulum factum, sacra Aegyptio-  
rum furto abstulisse, que repetentes armis Aegyptij domum, inquit, redire tempestatisbus  
com-

31

OCTO  
BREVI

compulsi sunt. Et infra: Post Mojen filius eius Aruu, sacerdos scru Aegypti peritur, semperque exinde hic mos apud Iudeos fuit, ut eosdem reges & pontifices Quemadmodum igitur Petavius lib. 10. cap. 17. ait in historia regum Amasis, quædam esse commentitia, & ab Aegyptiis contra hiem addita: ita credibile est, Berosum quædam tradidisse, quædārum & ab ijs, quæ de ultimo Chaldaeorum rege sacrarum literarum consignata sunt, sicut errauit Suetonius in Claudio, dum ait Iudeos Christo assidue tumultuantes Roma expulso.

**Quot annos regnabat Baltassar?**

8. Obijciunt aliqui Berosi defensoribus Baltassarem ad annos tertium peruenisse, Dan. 8. vers. 1, ergo non fuisse Labosardachum, non nisi 9. menses imperavit. Verum facile responderent illi citer cum parente quatuor annis regnasse, ruan solui 9. menses, locum citer quinquennium: Danielem autem annos numerasse, annus illius.

**An fuerit filius Eulmerodachi?**

9. Obijciunt etiam nonnulli illud Ieremias 27. vers. 7. Si fratres gentes, & filio eius, & filio filii eius. Illi vero respondent, hoc dictum, esse si idiotismo Latino diceretur; servient Nabuchodonosori, & filii eius, nempe Eulmerodacho, & Baltassari, qui ex filia fuit aepos Nabuchodonosoris. Hinc Petavius ait, vocem Hebraicam ben, hoc loco propriam citer usurpari: latè enim, inquit, interdum accipitur, ut generum eius genitivus verò dicunt Baltassarem esse filium Eulmerodach, strictam verborum nem retinent, & aiunt à Nabuchodonosore ad Eulmerodachum, Baltassarem, huius filium peruenisse. Non licet autem dubitare, quod far vñus fuerit è posteris Magni Nabuchodonosoris, sive paternus, sive num genus ab eo duxerit.

**Corollarium 1.**

10. Ex dictis colligo 1. Nabonidum Berosi, non fuisse Darium Medianum. Ita passim docent sacri interpretates, Isaiae 21. & Danielis 4. Simonius, Hugo, Lyranus, Pererius, Sanctius, Cornelius, Maldonatus, Menochius, Haræus, &c. Torniellus, Salianus in Annalibus, Belinus Gordonus in Chronologis, Vincentius lib. 3. hist. cap. 10.

**Corollarium 2.**

11. Colligo 2. probabile videri, Nabuchodonosoris successor fuisse Labosardachus, Nirighislar, Nabonidus, sive Baltassar, ut habetur in exemplaria Canonis Mathematici Pontestam.

## DAN. VII. v. 1. 3. 25.

**A**nno. Baltassaris regis. Euilmerodach ex Beroſi ſententia biennium regnauit, & annus illius primus, vt ſacra pagina indicat, cum anno 37. transmigrationis lectione concurrit, qui erat, vt ſupputo 26. ab excidio Ierosolymitano. Itaque annus primus Baltassaris meo iudicio non fuit 27. ab Urbis eiusatione, ſed posterior, quicquid aliqui in contrarium opinentur.

Ver. 3. Et quatuor bestie grandes ascendebant de mari. Hæc significabant quatuor imperia, quorum initia & durationes alibi indicabam. Leæna repræsentabat regnum Chaldaeorum: Vrſus ſecundam Monarchiam, in cuius ore, tres ordines comparebant v. s. nempe tria regna Chaldaeum, Medicum, Perſicum, quæ Cyrus in ſuam potestatem redigunt, quas tres bolos deuoraret, Pardus v. 6. designabat Monarchiam Græcorum: bestia quarta v. 7. Romanorum.

Ver. 25. Ad tempus & tempora, & dimidium temporis. Bene notat Peretius errare Caluinum, qui ait his verbis tempus incertum significari: nam veteres paſſim per tempus, annum intelligunt; per tempora biennium, per dimidium temporis, di-midium annum. Ita S. Hieronymus, Theodoreetus, & alij in hunc locum. S. Augustini lib. 20. ciuit. cap. 25. Irenæus lib. 5. cap. 50. Cyrillus Catechesi 25. Hippolytus de conſum ſeculi &c.

## DAN. VIII. v. 22.

Quatuor reges de gente eius conſurgent. Agitur hic de Alexandro Magno, qui anno ante Chr. 324. extinctus est, eoque extincto post annos 12. surrexerunt quatuor principes, Antigonus, qui Aſia præterat Philippos, qui Macedoniam, Seleucus, qui Syriæ, & Ptolemaeus Lagi, qui Ægypto.

## Q V A E S T I O VIII.

Quoto anno ante æram Christi obierit Alexander Magnus.

1. Iosephus lib. 1. contra Apionem, Alexandrum, inquit, profitentur vniuersi 114: Olympiade fuſſe defunctum. Idem tradit Arrianus lib. 7. Diodorus lib. 17. &c. Ratio duclarior Eusebius lib. 8. dem. 2. Mortuus est, ait, Alexander initio centesimæ & quarta decimæ Olympiadis, post Cyruum annis 236. qui apud Persas regnare coptic, in eunte Olympiade 55. Cum autem annus primus Olymp. 114. inierit anno ante Christi æram 324. & in aſtatem anni ſequentis deſierit; quæſtio eſt, vnum hoc an illo anno ante Chr. deceſſerit Alexander.

2. Æram Philippi, ſive à morte Alexandri, quam ab Atabibus Tirik Dilkar-Philippi- nains.

Oggi  
non ti